gentiae proveniunt ex thesauro ecclesiae proveniente ex meritis Christi et aliorum sanctorum et totius ecclesiae, qui ultra mensuram debitam debitorum supererogaverunt et impenderunt et magnas tribulationes iniuste sustinuerunt, quorum meritorum tanta est copia, quod excedit omnem poenam nunc viventibus debitam et praecipue merita et passio Christi, cuius minima gutta sanguinis vel sudoris sufficeret ad expiationem omnium peccatorum, quae uniuscuiusque(?) fuerent, nam respectu eius omnia nihil sunt; supra: „De Summa Trinitate et fide catholica”, cap. „Dampnamus”²¹. Et ideo dicitur: „Vere dolores nostros ipse tulit et languores nostros in se portavit”; in cap. „Quum Marthae”, „De celebratione missarum”²². Et bona, quae faciunt ceteri boni homines fideles, quae omnia ponuntur in thesauro et sunt unius ecclesiae, ut in praedicta extravaganti „Salvator noster”²³ est; ipsa namque dicit: „Ad cuius thesauri cumulum”. Cuius thesauri dispensatio tradita est papae et episcopis. Papae generaliter, qui solus habet plenitudinem potestatis; ceteri vero inferiores praelati ad partem sollicitudinis sunt vocati; supra: „De usu pallii”, cap. „Ad honorem”²⁴, cui dictum est: „Tibi dabo claves regni coelorum etc.” Supra: „De translatione”, „Quanto”²⁵; XXIV, 2, q. 1 „Quodcumque”²⁶. Episcopi vero moderate, ut infra, eodem titulo „Quum ex eo”²⁷.

236vb Quinto quaeritur: // Qui possunt facere indulgentias?

- 20 Dico, quod papa, quoniam integram et plenissimam administrationem huius sanctissimi thesauri habet. Inde est, quod plenissimam indulgentiam facere potest sicut olim fecit in civitate romana Anno Domini MCCC, ut in extravaganti „Antiquorum” Bonifacii VIII²⁸. Quod postea per Clementem Sextum²⁹ ex rectis et rationabilibus causis ad annum quinquagesimum fuit reductum; hodie vero
- 25 per Urbanum Sextum ad annum XXXIII reductum est, ad instar aetatis Salvatoris nostri Jesu Christi, ut in extravaganti ipsius saepius allegata³⁰. Euntes enim ultra mare pro subsidio terrae sanctae, de quorum privilegiis habentur supra cap. „Ad liberandam”, supra: „De iudeis et Saracenis”³¹ indecisa per Hostiensem et novellatorem post eum. Et tunc dico, quod vere poenitentibus in tantum prodest
- 30 >quae remittuntur eis tota< <quod remittitur eis tota> satisfactio temporalis, sic, quod nec etiam purgatorium sentiunt cum papa sit vocatus in plenitudinem potestatis; supra: „De usu pallii”³², „Ad honorem”. De quo et per Hostiensem in „Summa de remissionibus”, „Ad quid valent”³³. Et illud dicit Thomas³⁴ et huiusmodi. Indulgentia vulgariter noncupatur a poena et a culpa.

2 ultra | ultimam W 9 in se | ipse M, W 15 dictum | datum W 22 MCCC | MCC M CC W in om.
M 34 noncupatur | nominantur M.

1-9 tamže 10-21 tamže f. 269va.

²¹ c. 2, X, I, 1.

²² c. 6, X, III, 41.

²³ Patrz przyp. 1.

²⁴ Patrz przyp. 19.

²⁵ c. 3, X, I, 7.

²⁶ c. 6, C. XXIV, qu. 1.

²⁷ c. 14, X, V, 38.

²⁸ c. 1, de poen. et rem. V, 9, Xvag. com.

²⁹ c. 2, de poen. et rem. V, 9, Xvag. com.

³⁰ Patrz przyp. 1.

³¹ c. 17, X, V, 6.

³² c. 4, X, I, 8.

³³ Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus” cap. „Ad quid valent” f. 43v.

³⁴ Thomas Aquinas. *Supplementum tertiae partis summae theologiae*. W: *Opera omnia*.

Romae 1906 qu. 25 art. 1, 4.

Nota, quod episcopi etiam possunt facere indulgentiam, nam papa non poterat per totum mundum thesaurum diffundere, ergo dedit potestatem episcopis usque ad certam quantitatem, quam de ipso thesauro distribuere possunt et non ultra, quia in dedicationibus possunt dare annum et in aliis casibus possunt dare

5 XL dies; ut infra eodem titulo „Quum ex eo”³⁵, et non ultra.

Item archiepiscopi possunt dare indulgentias per totam provinciam; infra eodem titulo. Item legati, qui vocantur ab officio „legati nemini(?)” et sic possunt dare indulgentias. Inferiores vero praelati episcopi non possunt indulgentias dare, ut notat glossa de Clementinis, „Abusionibus”, „De poenitentia et remissionibus”³⁶.

10 Hoc nota de litteris generalibus et publicis indulgentiis secus de indulgentiis, quae sint in foro animae, quas etiam inferior dare potest, dummodo discrete, ut ait Innocentius in capitulo „Quod autem”, „De poenitentiis et remissionibus”, circa finem³⁷, quia aliud est dare // indulgentias generales et publi-

237ra

15 cas, quod est iurisdictionis, et aliud est absolute poenitentiis providere diversos modos liberandi a poenis, quod est tantum officii sacerdotalis; secundum Innocentem, hic³⁸. In hiis autem privatis indulgentiis, quae concernunt forum poenitentiae sine litteris generalibus, non est restricta potestas episcoporum per concilium generale; infra eodem „Quum ex eo”³⁹; quando episcopus vel alius inferior sacerdos possit dare annum vel duos sicut placuerit, dummodo discrete; 20 secundum Innocentem hic⁴⁰ et Archidiaconum in capitulo „Indulgentiae”, Libro VI⁴¹.

Circa hoc quaeritur: An electus confirmatus indulgentias dare potest?

Et videtur quod sic, quia dare indulgentias est iurisdictionis, ut in capitulo praesenti, nam capitulum dicit: Modo suo iudice iurisdictionem habet electus confir-

25 matus; supra: „De electione”, cap. „Transmissam”⁴².

In contrarium: Videtur nam ad ordinem pertinet absolvere; prima, infra eodem titulo, cap. „Omnis”⁴³; Hostiensis in capitulo „Accidentibus”, supra: „De excessibus praelatorum”⁴⁴, et Archiepiscopus, infra eodem titulo, cap. primo, Libro VI⁴⁵ dicunt, quod si non est sacerdos, dare eas non potest. Ad hoc enim „De poenitentiis et remissionibus”, capitulo finali in „Clementina”⁴⁶. Nam secundum eos partim accidit ad ordinem et partim ad iurisdictionem secus, si est

30

2 mundum om. W 11 sint | fiunt M 25 Transmissam | transmisso M, W.

1-4 por. tamže.

³⁵ c. 14, X, V, 38.

³⁶ c. 2, V, 9, in Clem.

³⁷ Innocentius IV. *Apparatus super V lib. Decretalium*. Argentinae 1478 lib. V „De poenitentiis et remissionibus” cap. „Quod autem”; c. 4, X, V, 38. Por. Hain 9191.

³⁸ Patrz pryp. 37.

³⁹ c. 14, X, V, 38. ⁴¹ c. 3, V, 10, in VI.

⁴⁰ Patrz pryp. 37. ⁴² c. 14, X, I, 6.

⁴³ Por. pryp. 42; Bernardus Parmensis. *Casus longi Bernardi super decretales*. Argentinae 1478 lib. V cap. „Omnis utriusque”; Hain 2936.

⁴⁴ c. 12, X, V, 31; Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus” cap. „Quis possit facere” f. 41r.

⁴⁵ c. 1, X, V, 10.

⁴⁶ c. 2, V, 9, in Clem.



sacerdos. Item dicunt de vicario generali episcopi potest tamen hoc alteri episcopo committere, qui renuntiat tantum onera; supra: „De electione”, „Suffraganeis”⁴⁷, secundum Hostiensem⁴⁸. Dicit tamen Hostiensis in „Summa de poenitentibus et remissionibus”, capitulo „Sed quis possit” et Speculator, eodem titulo, capitulo „Numquid”⁴⁹, quod licet eis concedere possit, cautius tamen faciet talis si se absteat. Sed Thomas in „Libro confessionum”⁵⁰ dicit, quod electus confirmatus et non sacerdos indulgentias dare potest. Item videtur tenere Johannes Caldrini in „Accedentibus”, „De excessibus praelatorum”⁵¹ et Wilhelmus de Montelauduno in „Clementinis”, „Si Dominum”, „De reliquiis et veneratione”⁵² scilicet et in suo „Sacramentali”, capitulum dictum in dicta quaestione⁵³, quia aliud est dare indulgentias in foro poenitentiali, et hoc est ordinis sacerdotali. // Ita eodem modo omnis aliud est dare litteras indulgentiarum publicas et generales, quod est iurisdictionis, ut hic in capitulo nostro quam confirmati habent supra: „De electione”, „Transmissam”⁵⁴. Quare possunt quantitatem eis commissam distribuere? De quo per Johannem Andreae „De excessibus praelatorum”⁵⁵ et eodem titulo, cap. „Rationali”, „Novella”. Sed quid de capitulo „Sede vacante”: An indulgentias dare possunt? dicit Innocentius⁵⁶ et Archiepiscopus⁵⁷, quod non, quia cum sit dignitatis episcopalis et partim accedit ad ordinem et partim ad iurisdictionem. Sed Johannes Caldrini⁵⁸ in capitulo „Accedentibus”, saepius allegato, dicit, quod sit iurisdictionis; et in capitulo „Sede vacante”⁵⁹ — administrat in spiritualibus. Guillelmus autem in „Sacramentali”⁶⁰ tenet opinionem Hostiensis⁶¹ et Archidiaconi⁶² et dicit ad rationes Johannis Caldrini⁶³, quod licet sit iurisdictionis tamen non est officium voluntarium, quod non transit in capitulum, sed necessarium tantum, de quo remittit et ea, quae notavit(?) in capitulo „Si episcopus”, „De supplenda negligentia praelatorum”, Lib. VI⁶⁴, quia hoc etiam ibi per Johannem Andreae in „Novella”⁶⁵.

2-3 Suffraganeis | suffraganii M suffraganis W 3 tamen Hostiensis om. M 4 Sed | secundum W Speculator | speculator W 5 faciet | facit M,W 6 talis om. M,W se om. M,W absteat | abstinere M,W 12 modo om. W 18 quia | quod W.

4-6 por. Hostiensis. *Summa in quinque libros Decretalium*. Augsburg 1477 f. 41r.

⁴⁷ c. 11, X, I, 6.

⁴⁸ Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus” cap. „Utrum fiat remissio” f. 39v-40r.

⁴⁹ Non inv.

⁵⁰ Thomas Aquinas, jw. qu. 26 art. 2,2.

⁵¹ Patrz pryp. 44.

⁵² c. un., III, 16, in Clem.

⁵³ Patrz pryp. 42.

⁵⁴ Johannes Andreae. *Novellae super V libros Decretalium*. Venetiis 1489 lib. V „De excessibus praelatorum” cap. „Accedentibus”. Por. Hain 1065.

⁵⁵ Patrz pryp. 44. ⁵⁶ c. 1, X, III, 9.

⁵⁷ Patrz pryp. 55. ⁵⁸ Por. pryp. 45.

⁵⁹ Wilhelmus de Montelauduno, jw. f. 269va-269vb.

⁶⁰ Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus” cap. „Quid remittit sacerdos in poenitentia” f. 39r. ⁶² Non inv.

⁶¹ Non inv.

⁶³ c. 3, I, 8, in VI.

⁶⁴ Johannes Andreae, jw. super I decr. „De supplenda negligentia praelatorum” cap. „Licet magister”.

Quaeritur etiam: Numquid praelatus malus potest dare indulgentiam?

Et videtur, quod non; ut in quaestione VII, in canone „Iudicet“⁶⁵, et in canone „In gravibus“⁶⁶. Sed dico contrarium, quia non facit hoc ex merito vitae suae, sed ex officio thesaurorum dispensandum. Et hoc, 1 qu. „Iudicium“ secundum Hostiensem⁶⁷ in Summa, eodem titulo – utrum fiat remissio; et clarius per Thomam in Libro Confessionum⁶⁸; et hoc etiam facit cap. „Vestra“, „De cohabitatione clericorum et mulierum“⁶⁹. Nam fornicator occultus, vel paene occultus celebrans, divina aliis prodest non ex merito vitae suae, sed ex merito militantis ecclesiae.

10 Sexto quaeritur: Quid sit dictum „a poena“ et „a culpa“?

Et primo nota, quod poena est amaritudo et afflictio, quae sequitur ex commissioni peccati et ista est perpetua quamdiu durat peccatum. Sed illo sublato per contritionem mutatur in temporalem mensurando iuxta qualitatem et quantitatem reatus; „De poenitentia“, dist. 1, „Mensuram“⁷⁰; secundum Wilhelmum et

15 Genezelinum(!) in „Clementinis“, „Religiosi“, „De privilegiis“⁷¹. Sed culpa dicitur offuscatio, // sordes vel macula proveniens in anima ex commissione peccati, segregans peccantem a gratia Dei; prima qu. infra „Ventum“⁷², secundum Genezelinum, in dicta „Clementina“, „Religiosa“⁷³, dicit tamen Wilhelmus de Montelauduno, quod peccator mediante huiusmodi <peccati> divertit se scienter a

20 bono incommunicabili ad bonum communicabilem et propter rem creatam, et ex tali culpa in Deum commissa est corrupta ipsa anima et vulnerata in bonis sibi naturaliter collatis, et spoliata <in> bonis sibi gratiose seu gratuite collatis ut in dicto capitulo „Ventum“⁷⁴. Infra quod hanc culpam nullus remittat nisi Verbum id est Filius Dei⁷⁵; „De poenitentia“, dist. prima, „Verbum“, idem „De consecratione“, dist. quarta, „Nemo“⁷⁶, ad quamdiu durat ista offensa in anima ipsa remanet maculata et vulnerata poena, quae debetur animae perpetua; XXIII, q. VI cap. „Quid ergo“⁷⁷. Unde ergo Deus est internum misericors et eius natura est „misereri“ et „parcere“, quod statim, dum videt aliquem plene contritum de

25 offensa in eum commissa statim offensam illam dimittit. Et poena quae debetur perpetua et ipsa offensa tamen remanente ispan poenam perpetuam commutat in temporalem hic vel in purgatorio sustinendam. De hoc legitur et notatur XVI q. V „Placuit“⁷⁸. Circa hoc notandum, quod duplex dicitur culpa seu offensa: Prima est quae committitur in Deum per peccatum et hanc >aliquis certa<

2 Iudicet | iudicii M 4 thesaurorum | thesauris W 5 remissio | dimissio M 10 quid sit | quot(?) W 11-12 commissioni | commissione M 16 offuscatio | offuscata M offuscatis W 18 Religiosa | religiosa add. W 22 gratuite collatis | gratuite collatus W 27 unde ergo | ergo om. W 29 statim om. W.

⁶⁵ c. 4, C. III, qu. 7.

⁶⁶ c. 4, C. III, qu. 7.

⁶⁷ Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus“ cap. „Utrum fiat remissio“ f. 39v-40r.

⁶⁸ Thomas Aquinas, jw. qu. 26 art. 4.

⁶⁹ c. 7, X, III, 2.

⁷⁴ c. 18, C. I, qu. 1.

⁷⁰ c. 86, D. 1, de poen.

⁷⁵ c. 51, D. 1, de poen.

⁷¹ c. 1, II, 7, in Clem.

⁷⁶ c. 141, D. 4, de consecr.

⁷² Por. c. 18, C. I, qu. 1.

⁷⁷ Por. c. 6, C. XXIII, qu. 5.

⁷³ Por. pryp. 71.

⁷⁸ Non inv.

Verbum remittere non potest, et per consequens nec papa; „De poenitentia”, dist. prima, „Verbum”⁷⁹; „De consecratione”, dist. IV, „Nemo”⁸⁰. Nam dignum est ut offensam factam propriae personae aliquis vicarius domini, sine ipsius mandato speciali, remittere non potest et quamdiu durat ista offensa – durabit et poena, quae est perpetua, quia offensus est perpetuus, nam iuxta conditionem metitur poena sibi illata pro iniuria, ergo si offensus erit perpetuus – poena erit perpetua, ut in iusti de iniuriis, atrox, XXIII, q. // VI (?), can. „Quid ergo”⁸¹, tamen per contritionem mutatur in temporalem, ut dixi. Responsio, quia bene agit, qui de iusto rectore agit contra suum iniuriatorem actione iniuriarum (?) ut aliqua poena puniatur ne propter nimiam habundantiam >misericordia< iustitia omnino frangatur; XLV dist. „Disciplina”⁸² et cetera „Qui commendatur”. Et ergo ab ista culpa vere sacerdos vel non papa absolvit. Quare dicit papa in capitulo „De religiosis” in „Privilegiis”⁸³ et „Poenitentis et remissionibus”, „Abusionibus” in „Clementinis”⁸⁴: „ut verbis eorum utamur a poena et a culpa absolvuntur” quasi diceret non nostris(?), quia nos non dicimus. Sed a poena papa aliquem absolutum ostendit, ut patet in leprosis, quos Deus per se munda- vit, Luc. X⁸⁵, demum ad sacerdotes misit per quos ostenderentur mundati esse; secundum Hostiensem in „Summa”, titulo „De remissione”, „Remittit igitur sacerdos etc.”⁸⁶, ubi: „Dicuntur autem sacerdotes ligare et solvere multis modis”; et Wilhelmus de Montelauduno in „Clementinis”, „Religiosi”, „De privile- giis”⁸⁷. Secunda est culpa sive offensa commissa in ecclesiam militantem et hanc papa, eius sponsus, remittere potest virtute clavium et vicariatu sibi commisso, de qua intelligi(?) potest, quod dicitur, quod papa absolvit a poena et a culpa; secundum Wilhelmum et Genezelinum in capitulo finali, „De poenitentis et remissionibus” in „Clementinis”⁸⁸. Et licet offensam in ecclesiam dimittere pos- set, privatam tamen offensam sine satisfactione dimittere non potest. Nam nisi peccator habeat unde satisfaciat non dimittitur ergo peccatum nisi restituatur ablatum; secundum Augustinum et supra: „De usu pallii”, „Cum tamen”, capitulo I⁸⁹; XIII q. VI, c. 1⁹⁰; et infra: „De regulis iurisdictionis”, „Peccatum”, Lib. VI⁹¹, ubi de hoc: „Sed si nota paupertas eum excusat, sufficit contritio, est tamen ei loco restitutionis quam facere non potest, alia poenitentia iniungenda”, ut notat Hostiensis in „Summa de remissione”⁹², et ibi remittit de quo per novellatorem in dicta regula „Peccatum”, Liber VI⁹³. Carena autem dicitur poenitentia XL dierum in pane et aqua, et septem annis sequentibus non in pane

6 metitur | mentitur M 8 temporalem | temporale M 10 nimiam | iniuriam M iustitia om.
W 11 XLV | XI M 13 et – remissionibus | et poenitentis et remissionibus add. W 15 a om.
W 30 nota om. M, W 34 aqua | aque M.

29-32 tamze lib. V „De remissionibus” cap. „Quid remittit sacerdos” f. 39r.

⁷⁹ Patrz przyp. 75.

⁸¹ Por. przyp. 77.

⁸³ c. 1, V, 7, in Clem.

⁸⁰ Patrz przyp. 76.

⁸² c. 9, D. 45.

⁸⁴ c. 2, V, 8, in Clem.

⁸⁵ Łk 17, 14.

⁸⁶ Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus” cap. „Quid remittit sacerdos in poenitentia”

f. 39r.

⁸⁷ Patrz przyp. 71.

⁸⁹ Non inv.

⁸⁸ Patrz przyp. 84.

⁹⁰ c. 1, C. XIII, qu. 6.

⁹¹ Regula 4, V, 12, in VI: „Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum”.

⁹² Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus” cap. „Quid remittit sacerdos in poenitentia”

f. 39r.

⁹³ Patrz przyp. 91.

- 238ra et aqua. Et isti septem // anni sequentes sunt taxandi (?) arbitrio discreti sacerdotis et etiam poenitentia, quae dicitur carena, inponebatur illi, qui duxit istam, quae alteri per verba depraesenti erat desponsata; vel illi inponebatur, qui calumniose accusat aliquem, et ex tali accusatione quis occiditur; et est vulgariter
- 5 Italicorum. Et dicitur carena a carentia hominum vel etiam aliorum, nam in illis XL diebus includuntur in aliquo loco secreto iuxta ecclesiam, ubi non habentur consortia hominum, ut legitur et notatur in capitulo „Accepisti”, „De sponsa duorum”⁹⁴ et in capitulo „Accusasti”, „De accusationibus”⁹⁵. Per quadragenam autem non plus intelligo quam indulgentiam episcopalem vel archiepiscopalem, scilicet XL dies, quas possunt dare et non plus, nisi in consecratione basilicae, qui ibi possunt dare annum.

Item quaeritur: Unde data est haec potestas papae et episcopis dandi indulgentias?

- Respondetur secundum Innocentem hic⁹⁶ et in capitulo „Quod autem”, quod
- 15 data est ex isto privilegio: „Quodcumque ligaveris super terram erit etc.”⁹⁷; XXIV, q. 1 „Quodcumque”⁹⁸; nam sicut papa habet potestatem ligandi, ut ligat id est legem inponit, qui contrahit cum consanguinea; et illum, qui portat merces Saracenis prohibitas; ut supra: „De iudeis”, „Significavit”⁹⁹ et capitulo sequenti; sic etiam habet potestatem solvendi seu liberandi a peccatis; XXI, dist. „Misereor”¹⁰⁰. Ex quo sequitur, quod in Veteri Testamento tales indulgentias facere non poterant, quia adhuc talem potestatem clavium non habebant; secundum Innocentem hic. Sed quare in primaria ecclesia non fiebant? ; secundum Innocentem hic¹⁰¹: „Credendum tamen est, quod etiam fiebant tunc licet non ita frequenter, quia tunc raro fieri poterant ita sollemnes congregationes catholicorum, nam non erat eis licitum in simili congregare; XV^a distinctione, capitulo 1^o102. Item ante tempore Gregorii, christiani catholici erant ita perfecti, quod talibus non indigebant et maiora eis conferebant apostoli temporibus suis, quia
- 238rb sanabant infirmos et Spiritum Sanctum infundebant et multa // miracula faciebant”. Unde a tempore beati Gregorii inventae fuerunt, quoniam praesumendum
- 30 est ut fierent, necesse erat ut ab apostolis spiritu donante seu ordinante inventae fuerunt, ut dist. VII „Ecclesiarum”¹⁰³; „De celebratione missarum”, „Quum Marthae”¹⁰⁴, circa principium.

1 aqua | aquae M 2 quae – carena | om. M 4 vulgariter | vulgare W 9 indulgentiam | indulgemus W 12 episcopis | episcopalis W 15 erit om. M 21 quia om. W adhuc | ad hoc W 22 secundum om. W 25 non om. M 27 conferebant | offerebant M.

23-29 Innocentius. *Apparatus super V lib. Decretalium*. Bayerische Staatsbibliothek München inc. c. a. 744 lib. V „De poenitentiis et remissionibus” cap. „Quod autem”.

⁹⁴c. 2, X, IV, 4.

⁹⁵c. 8, X, V, 1.

⁹⁶Innocentius IV, jw. lib. V „De poenitentiis et remissionibus” cap. „Quod autem”.

⁹⁷Mt 16, 19.

¹⁰¹Patrz przyp. 96.

⁹⁸c. 6, C. XXIV, qu. 1.

¹⁰²Por. c. 1, D. 15.

⁹⁹c. 11, X, V, 6.

¹⁰³Non inv.

¹⁰⁰Por. c. 2, D. 21.

¹⁰⁴c. 6, X, III, 41.

Item quaeritur: Quibus prosint indulgentiae?

Dico, quod illis, qui sunt in inferno, non prosunt; nec illis, qui sunt in paradiso, quia non indigent nostris suffragiis. Hoc probatur in capitulo praedicto „Quum Marthae”¹⁰⁵, quia potestas clavium ad eos se non extendit, licet alia pia opera, quae fiunt pro eis, bene prosunt eis ad remissionem poenae, secundum aliquos, vel ad confortationem, scilicet quod per talia opera bona confortantur ad facilius sustinendum istam poenam licet omnis poena propter hoc non remittitur, ut patet de portante magnum pondus in aestate et sitim patiente. Si ministratur ei potus facilius portat, licet pondus aequae grave maneat; de quo per glossam „De celebratione missarum”, „Quo morte”, in fine¹⁰⁶; et perdet super eum. Sed prosunt illis, qui sunt in purgatorio, quia procedunt a virtute clavium; et clavis non ligat nec absolvit mortuos, qui ad manus tribulationis sunt vocati et divino iudicio relict; XXIII, dist. „Quorundam”¹⁰⁷; licet aliqui dicant contrarium, inter quos est Frater Thomas¹⁰⁸ asserens, quod si adhuc intendit iste, qui potest dare indulgentias, ut scilicet nedum ad vivos, sed etiam ad alios, qui sunt in purgatorio, extendantur; dum tamen exprimat, quod illi, quibus concedit, nedum pro se, immo pro mortuis possunt ipsas lucrari faciendo aliquid poenitentiae opus aliis; si esset factum, quod tantum haberet exerceri per vivos, cum mortui non possunt hoc facere, tunc non prosunt mortuis. Idem etiam videtur tenere hic¹⁰⁹, sed Hostiensis hic¹¹⁰ tenens contrarium, tenet primam opinionem, quod indulgentiae // non prosunt existentibus in purgatorio; de quo plene per eum in „Summa”, eodem titulo finali. Idem tenet Wilhelmus de Montelauduno in „Clementina”, finali, „De poenitentis et remissionibus”, super verbo de purgatorio, hic¹¹¹, potest sic responderi cum distinctione, cum indulgentiae possunt prodesse mortuis dupliciter: Uno modo – ut indulgentiae, et sic non prosunt mortuis, ut tenet prima opinio. Alio modo – ut bona opera, et sic prosunt mortuis sicut alia bona opera, quae fiunt pro eis, XIII, q. 2¹¹² „Animae defunctorum”, „De poenitentia”¹¹³, dist. VI, c. 1. Immo plus valent pia opera, quae fiunt pro defuncto in loco electo a praelato quam si in alio loco fierent, ut notat Innocentius in capitulo isto¹¹⁴.

Sed contra hoc, quod dixi, quod non valent indulgentiae mortuis, qui sunt in purgatorio, ut indulgentiae, quia non sunt sub iudicio ecclesiae. Opponitur primo sic, quod ecclesia mortuos ligat, 24, q. 2, can. „Sane”¹¹⁵. Item eas absolvit, „De

3 quia | qui W 6 confortantur | convertuntur M 8 sitim | siti M patiente | patietur W 10 eum | eam W sed | nec add. W 11 illis – sunt | om. W quia procedunt | exprocedunt W 13 aliqui | alicui W 17-18 poenitentiae | pium W 20 tenet | teneat W 24 de om. M 26 prosunt | potest M 33 can. om. M.

¹⁰⁵ Patrz przip. 104.

¹⁰⁶ Patrz przip. 104.

¹⁰⁷ c. 14, D. 23.

¹⁰⁸ Non inv.

¹⁰⁹ Patrz cytat z przip. 96.

¹¹⁰ Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus” cap. „Ubi operantur” f. 44r.

¹¹¹ Patrz przip. 84.

¹¹⁴ Patrz przip. 96.

¹¹² c. 22, C. XIII, qu. 2.

¹¹⁵ Por. c. 3, C. XXIV, qu. 2.

¹¹³ c. 1, D. 6, de poen.

sententia excommunicationis”, „A nobis”¹¹⁶. Igitur videtur, quod sunt de foro ecclesiae ut eas a poena absolvere possunt, et sic valent indulgentiae eis, quod est contra praedicta.

- 5 Solutio: Dico, quod debet exponi „ligat” id est ostendit dum vivebat fuisse ligatum; et „absolvit” id est dum vivebat absolutum ostendit; quod fit ad collationem vivorum XIII, q. 2, can. „Possunt”¹¹⁷. Secundum Wilhelmum in suo „Sacramentali”, capitulo „De indulgentiis”, in nona quaestione¹¹⁸. Secundo oppono per can. „Venerabilem”¹¹⁹, qui filii sunt legitimi, can. „Rationis”¹²⁰, versus „Sane”, ubi expresse dicitur, quod papa est constitutus iudex a Deo, 10 vivorum et mortuorum. Ergo potestas clavium ad mortuos se extendit. Respondetur, quod hoc verbum „constitutus” non facit ibi relationem ad papam, sed ad Christum, de quo ibi per Johannem Andreae¹²¹.

- 238vb Tercio opponitur sic: „Animae, quae sunt in purgatorio, aut sunt in via, et sic sunt de foro ecclesiae militantis, et sic // operatur ibi potestas clavium et 15 valebant eis indulgentiae; aut sunt de foro ecclesiae triumphantis et hoc non videtur, quia nondum sunt de numero illorum, qui triumphabunt. Ad hoc respondetur, quod duplex est via, scilicet: Via nobis incerta et variabilis, quae in hac vita habetur, et qui est in tali via, est, quo ad omnia, de foro ecclesiae militantis, „De poenitentia”, dist. prima, „Ecclesia Christi”¹²². Alia est via 20 certa, saltem in genere, quia certi sumus, quod omnes, qui sunt in purgatorio salvi erunt; qui est in tali via non est de foro militantis ecclesiae, quo ad condemnationem et absolutionem, sed quo ad participationem orationum, elemosynarum et sacrificiorum. Sic XIII, q. 2, „Animae defunctorum”¹²³, de quo plene per Hostiensem in „Summa de remissionibus”, capitulo finali¹²⁴. Et 25 sic dico, quod indulgentiae tantum prosunt illis, qui sunt de foro ecclesiae militantis et tantum subditis dantium, non extraneis, sive sunt subditi iure dioecesano vel metropolitano. Item illis, qui sunt in caritate, quia alii sunt truncati a capite, quod est Christus, per quod intrant cibaria; membra non possunt se praecise nutrire propter peccatum, VI, q. 3, „Omnis”(?)¹²⁵.

- 30 Quaeritur: Numquid episcopus potest dare licentiam suo subdito, qui alienas indulgentias lucrari potest?

Et videtur quod sic, ut hic in capitulo praesenti et textu: „Remissiones praedictas prodesse tantum illis, arbitramur, quibus prosint – proprii indulserunt; dicit „De poenitentiis et remissionibus”, circa finem¹²⁶. Aut episcopus

2 poena | pene W 14-15 et – ecclesiae om. M 16 ad hoc om. W 21 via | foro M.

13-14 Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus” cap. „Ubi operantur” f 44r 24 tamže.

¹¹⁶ c. 28, X, V, 39.

¹¹⁷ Non inv.

¹¹⁸ Wilhelmus de Montelauduno, jw. f. 269vb-270ra.

¹¹⁹ Non inv.

¹²⁰ Non inv.

¹²¹ Johannes Andreae, jw. Por. „De poenitentiis et remissionibus” cap. „Quod autem”.

¹²² c. 70, D. 1, de poen.

¹²³ Patrz przyp. 112.

¹²⁴ Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus” cap. „Ubi operantur” f. 44r.

¹²⁵ Por. c. 7, C. VI, qu. 4, (?).

¹²⁶ c. 15, X, V, 38.

indulgeat suis subditis, qui indulgentias habeant in dioecesi aliena et hoc potest, quia quodammodo ratione contractus, sortiuntur forum; „Archiepiscopus”, prima „De foro competenti” ratione contrahentes, Liber VI¹²⁷. Aut indulget eis de alienis dioecesibus venientibus ad ipsam, qui indulgentiam habeant, et hoc non potest, quia tamquam de novo veniret hic, iudicandus ab alio iudice aut parochianus. Sed quia per istam licentiam sive per istam ratificationem fieret fraus concilio generali, infra eodem „Quum ex eo”¹²⁸; ideo distingo post Johannem Andreae in isto capitulo „Quod autem”¹²⁹. Aut loquitur in foro poenitentiae // ubi sacerdos vult talem licentiam confitenti dare, puta quia dicit: Carissime, tu commisisti tot et talia peccata, deberes sic poenitere, sed quia ad agenda hanc extimaretur magna poenitentia, quare iniungam tibi talem poenitentiam pro omnibus, concedo etiam tibi, quod quocumque transiveris, remissiones praelatorum tibi prosint, quae tibi alias non prodessent. Et talem licentiam concedere potest non solum episcopus, sed etiam simplex sacerdos; prout notat hic Innocentius, in fine¹³⁰; et etiam Hostiensis in „Summa”¹³¹; quia aliud est dare litteras indulgentiarum publicas, quod est iurisdictionis; et aliud est in absolutione poenitentis providere diversos modos liberandi a poenis, quod est tantum officii sacerdotalis; licet Wilhelmus in „Sacramentali”, in capitulo de indulgentiis — „Sed numquid proprie sacerdos”¹³², tenet contrarium, quod tantum episcopi hanc licentiam dare possunt; et sic debet intelligi capitulum illud et quod notat hic Bernardus¹³³. Aut loquitur hic de licentia generali quam publice extra forum poenitentiae vult facere subditis suis ut indulgentiis aliorum episcoporum uti possunt, quod facere non potest, quia alias fieret fraus concilio generali, infra eodem „Quum ex eo”¹³⁴.

Decimo quaeritur: Numquid indulgentiae prosunt episcopis concedentibus eas?

Et dicit Speculator¹³⁵, quod non; idem Archidiaconus, post VIII, in capitulo „Indulgentia”, prima, eodem titulo, Lib. VI¹³⁶; „De baptismo”, „Debitum”¹³⁷; „De iusti”, „Ad nostram”¹³⁸. Respondetur tamen secundum Thomam¹³⁹ ne episcopus sit deterioris conditionis quam alter, quod prosunt ei <indulgentiae>; si facit hoc, vel dat, propter quod indulgentiae sunt concessae. Et responsio, quia ipse tunc facit hoc ut alius, ideo eas lucratur ut alius; supra:

1 indulgentias | indulgentiam W 5 veniret | veniet M 6 sive – ratificationem | sine ratificatione W 7 infra | contra M distingo | distinctione M 8 autem om. W Aut om. M 11 hanc | haec W 18 Sacramentali in | in om. W 20 contrarium | contrariunt M 21 hic om. W 22 quam | generali M 27 non | nam M 32 ut | alter M alius ideo | alios ideo W alius supra | alios supra W.

¹²⁷ c. 1, II, 2, in VI.

¹²⁹ Patrz przyp. 121.

¹²⁸ Patrz przyp. 35.

¹³⁰ Por. przyp. 96.

¹³¹ Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus” cap. „Ad quid valent” f. 43v.

¹³² Wilhelmus de Montelauduno, jw. f. 270vb-271ra.

¹³³ Bernardus Parmensis, jw. lib. V „De poenitentiis et remissionibus” cap. „Nostro postulasti”.

¹³⁴ Patrz przyp. 35.

¹³⁵ Non inv.

¹³⁶ Por. c. 3, V, 10, in VI.

¹³⁸ Non inv.

¹³⁷ c. 4, X, III, 42.

¹³⁹ Thomas Aquinas, jw. qu. 27 art. 4, 3.

„De probationibus”, „Ex litteris”¹⁴⁰. Hoc est verum si dat indulgentias non propter se, sed propter communitatem aliorum secus si propter se. Sed contra hoc opponitur per glossam, capitulo „Nuper”, „De sententia excommunicationis”¹⁴¹ ubi sententia excommunicationis non ligat ferentem eam. Et sicut
 15 quis seipsum ligare non potest sic etiam videtur, quod quis seipsum absolvere non potest, quia par est potestas ligandi et solvendi; „De poenitentia”, dist. 1, „Verbum”¹⁴². Solutio ad glossam: Dicitur, quod non est simile, quia extraneo datur per modum sententiae imperantis; et imperantis (?) caret prima persona //
 239rb quare non potest ferentem ligare. Sed indulgentiae dantur per modum dispensationis, quae prosunt >facientis< <facientibus> sicut aliis. Item dicit
 10 Wilhelmus in „Sacramentali” suo, cap. „De indulgentiis”¹⁴³. Ad canona „Verbum”, „De poenitentia”, dist. 1¹⁴⁴, respondetur, quod par est potestas ligandi et absolvendi, hoc est verum, quo ad personas ligantes et absolventes, id est quicumque potest ligare potest et solvere; sed non quo ad omnes casus.
 15 Simile notatur per doctores in capitulo „Martinus”, „De cognitione spirituali”¹⁴⁵ in ista quaestione: An cognatio spiritualis possit contrahi per procuratorem.

Item quaeritur: Numquid possint religiosi sibi acquirere indulgentias?

Et videtur quod non, quia non possunt facere illud pro quo conceduntur
 20 indulgentiae, cum non habeant proprium. Solutio: Dico, quod aliquando indulgentiae acquiruntur per dationem pecuniae; ut prima quaestio „Quum ex eo”¹⁴⁶, et istas secundum aliquos, religiosus sibi acquirere non potest, cum nihil habeat. Sed tamen dico secundum Thomam¹⁴⁷, quod bene potest sibi acquirere, qui habet administrationem vel de licentia abbatis in scolis vel in studio existens,
 25 vel alibi ne sit deterioris conditionis quam alius; secundum Thomam. Aliae autem indulgentiae sint propter laborem personae, ut nunc in anno iubilaeo, ut extravagante „Salvator noster”¹⁴⁸ Urbani Sexti. Aliae autem indulgentiae lucrantur per periculum vitae, ut illae, quae dantur vel dantur proficiscentibus ultra mare, de quibus in capitulo „Liberandam”, „De iudeis et Saracenis”¹⁴⁹ per
 30 Hostiensem indecisa et super „De voto et voti redemptione”, cap. „Magnae”¹⁵⁰ et duobus sequentibus. Et in hiis <indulgentiis>, secundum Innocentem¹⁵¹ est magna largitas concedentis et est magna iustitia hoc facientis. Sunt et aliae indulgentiae, quae tantum dantur ad honorem Dei et exaltationem fidei catholicae, ut istae, quae fiunt in missis et praedicationibus, sive per ostensionem

13 est verum | est om. W 16 possit | posset W 22 aliquos | aliquando W 24 scolis vel | scolis seu
 W existens | existat W 27 Urbani Sexti | Urbanus Quinti M 28 ut | vel W.

¹⁴⁰ c. 3, X, II, 19.

¹⁴¹ c. 29, X, V, 39.

¹⁴² Patrz przip. 3.

¹⁴³ Wilhelmus de Montelauduno, jw. f. 270rb.

¹⁴⁴ Patrz przip. 3.

¹⁴⁵ c. 4, X, IV, 11.

¹⁴⁶ Patrz przip. 35.

¹⁴⁹ c. 17, X, V, 6.

¹⁴⁷ Non inv.

¹⁵⁰ c. 7, X, III, 34.

¹⁴⁸ Patrz przip. 1.

¹⁵¹ Patrz przip. 96.

reliquiarum, ut in „Clementinis”, „Si Dominum”, „De reliquiis et veneratione sanctorum”¹⁵². Et in hiis indulgentiis est tantum libertas concedentis, secundum Innocentem¹⁵³ et Abbatem¹⁵⁴ et Hostiensem capitulo „Quum ex eo”¹⁵⁵, infra eodem titulo. Et indulgentias istas possunt sibi religiosi acquirere cum // faciunt illud propter quod indulgentiae sunt datae, secundum Thomam¹⁵⁶. Et ita per quattuor acquiruntur indulgentiae de quibus patet per hos versus sequentes: Panem, donum vel corporalis atque laborem; periculum vitae vel fidei devotionem. Subdit Innocentius¹⁵⁷, quod possit esse tanta contritio peccatorum, quod per solam contritionem ex iustitia Dei, sine aliqua liberalitate praelati, meretur omnium peccatorum remissionem; ut patet de latrone, cui Dominus dixit: „Hodie mecum eris in paradiso”¹⁵⁸; „De poenitentia”, dist. „In latrone”; secundum Innocentem hic¹⁵⁹.

Item: Numquid valent indulgentiae propinquis loco ubi sunt indulgentiae, sicut remotis sive de remotis partibus venientibus?

- 15 Dicitur, quod sic quo ad numerum dierum, sed non quo ad intensionem ut melius infra patebit. Sed posset opponi, si per indulgentiam deletur tota temporalis satisfactio, scilicet per indulgentiam plenissimam, vel per indulgentiam plenam pars eius, puta duo anni per dationem unius denarii, tunc sequitur, quod talis aequae vel plus meretur quam religiosus, qui stetit (?) in monasterio
- 20 semper, vacans contemplationi per decem annos; quod est absurdum, quia omnibus viribus iste religiosus laborat. Respondetur ad hoc notando, quod satisfactio in vita habet quattuor effectus: Primo: Tollit peccatum; Secundo: Purgat malitiam seu reatum; Tertio: Minuit pronitatem ad peccandum; Quarto: Multiplicat meritum. Tunc dico, quod annos duos vel tres tantum valent quantum satisfactio quo ad primam conditionem tantum, scilicet poenae remissionem, sive poena sit recepta a sacerdote sive non. Et ita: Indulgentiae tantum valent quantum sonant quo ad remissionem poenae, sed non quo ad alias conditiones satisfactionis, scilicet: Augmentum gloriae, Purgationem culpaе et diminutionem pronitatis ad peccandum. Et ita monachus stans tres annos in
- 25 ordine et religione, sic etiam qui difficilior laborat, sic etiam qui maiorem contritionem habet, sic etiam qui magis dat, sic etiam qui a remotionibus partibus venit quam alter — non plus meretur quam qui semper fuit spoliator vel usurarius. Etiam quo ad diminutionem patet, quia tantum habet rex dans unum denarium, quantum iste <rex>, qui dat medietatem bonorum suorum, sed non
- 30 tantum satisfaciatur quo ad alias conditiones satisfactionis; quia qui magis conte-

6 patet W 10 liberalitate | liberatione M. W 24-25 quantum — tantum | om. M 27 sonant | sonent W 32 qui | si M 35 satisfaciatur | facit M.

6-12 por. Innocentius IV, jw. lib. V „De poenitentis et remissionibus” cap. „Quod autem”.

¹⁵² c. un., III, 16, in Clem.

¹⁵³ Patrz przyp. 96.

¹⁵⁴ Patrz przyp. 35.

¹⁵⁵ Patrz przyp. 35.

¹⁵⁶ Thomas Aquinas, jw. qu. 27 art. 2, 2.

¹⁵⁷ Patrz przyp. 96.

¹⁵⁸ Łk 23, 43.

¹⁵⁹ Patrz cytat z przyp. 96.

239vb ritur vel plus laborat etiam // maius incrementum gratiae consequitur; et sic quo ad alias conditiones. Et sic religiosi, licet non current pro indulgentiis tamen in monasterio plus merentur quo ad alia; quia valent carius gloriam accumulare in praesentia quam modicum auferre de poena in purgatorio, si possent. Quid noceret, quod modicum quis pateretur dummodo gloria in centuplo augmeretur in regno caelorum. Item notatur cum dicitur: Comparavi tres annos indulgentiarum, non debent computari anni quo ad cursum in purgatorio, sed quo ad annos in mundo revolutos, et ita debet intelligi, tanto minus debes puniri in purgatorio quantum esset si tu fecisses unum annum poenitentiae in ista vita quando dimittitur annus, non alio modo debet intelligi.

10 Sed dubium: Potest ne aliquis scire quantum correspondeat de poena uni anno indulgentiae?

Dico secundum quaedam doctorem¹⁶⁰, quod nullus de mundo potest hoc scire. Si diceris (?): Si non plus est dare marcam quam hellem¹⁶¹ non plus meretur, dico, quod ibi remittuntur anni et quandoque de leviori, poena tamen manet in graviori. Sed dare marcam remittuntur quandoque anni de graviori et remanet adhuc in leviori. Et ita, sicut in regno caelorum multae sunt differentiae gaudiorum et proemiorum, sic in purgatorio, licet ibi homines sint in poena temporali cum aliquae poenae sunt graviiores aliquae leviores. Unde non esset iustum, sed immo esset contra iustitiam divinam, quod unus, in Civitate Romana existens, reciperet tantum sicut iste, qui venit de longinquis partibus. Volo, quod istis Romae remittitur tantum de poena leviori, sed istis tantum de graviori.

25 Item quaeritur: Numquid iste, qui tantum faceret opus pro quo datur indulgentia, sed non habet de quo porrigere ad vitrices (?) merebitur ne talis indulgentias?

Videtur quod sic, quia sola voluntas videtur sufficere cum acta non valeat adimplere. Respondetur breviter, quod non meretur, quia certa est forma indulgentiae et illa non servata annihilatur, quia forma mandati exacta diligentia est servanda; supra: „De rescriptis”, „Cum dilecta”¹⁶²; „De praebendis”, „Cui de non”, Lib. VI¹⁶³; tamen talis consimiliter meretur vel minus secundum qualitatem contritionis et devotionis nondum indulgentias concessas. //

240ra Item quaeritur: Numquid contritus et non confessus, quia non offert se opportunitas confessionis, proponens tamen confiteri, quam cito facultas confessoris, loci et temporis se obtulerit, meretur dictas indulgentias?

1 laborat | et add. M 3 valent | mallem W 4-5 possent | possem W 7-8 non – purgatorio | om. M 9 quantum | quid (?) M 11 correspondeat | corresponderat M 27 acta | actum M 28 adimplere | adimpleri M 29 diligentia | indulgentia M 31 consimiliter | consimile M 32 nondum | nam dum M 35 se om. W.

¹⁶⁰ Raymundus – cyt. za: Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus” cap. „Ad quid valent” f. 42v.

¹⁶¹ Hell = Hel = Helmarc, pół marki, od niem. Hel lub Half – połowa; i Marc – marka. Zob. Du Cange. *Glossarium mediae et infimae latinitatis*. Vol. 4. Graz 1954 s. 182.

¹⁶² c. 22, X, I, 3.

¹⁶³ c. 23, III, 4, in VI.

Respondendo quod non, ex eadem causa ut prius; hoc verum, si fuisset in mortali. Item quandoque forma indulgentiarum est talis, disiunctive: Qui orabit unum Pater noster vel manus porriget ad vitrices (?) – Numquid alterum sufficit ad indulgentiam promerendam vel ambo? Respondetur sine argumentis
 5 pro et contra, quod alterum istorum sufficit. Ratio, quia forma exacta diligentia ipsarum indulgentiarum est attendenda et quia disiunctive dantur et ad disiunctivam non exigitur ambas partes esse veras vel implendas; ut de hoc in „Regulis iuris”, „In alternativis”, Liber VI¹⁶⁴; ut „De haereticis”, „Excommunicamus” capitulo¹⁶⁵, quia vero et in „Clementinis”, „Abusionibus”,
 10 „De poenitentis et remissionibus”¹⁶⁶.

Sed hoc etiam quaero de cruce signatis, qui moriuntur ante iter acceptum: Numquid indulgentias habent?

Respondetur quod forma indulgentiae consideranda est sicut forma privilegii, pono, quod si forma habeat – accipientibus crucem indulgentia datur; statim
 15 iste, ex quo est cruce signatus, indulgentiam habebit. Si autem indulgentia contineatur, quod datur ante hiis qui transferrunt se ultra mare ad pugnam, tunc ex quo mortuus pugnare non potest, indulgentiam non habebit, quia formam non servat, facit, quod dixi in proxima quaestione. Consuevit tamen papa in fine indulgentiarum apponere, quod illi, quos itinere accepto
 20 contingit mori vel alias legitime impediri, ipsas indulgentias habebunt, ut in extravaganti Urbani Sexti „Salvator noster”¹⁶⁷.

Item quaeritur: Numquid scholaris advena habebit indulgentias archiepiscopi pragensis?

Et videtur quod sic, quia in foro spirituali poterit hoc solvi et ligari; supra:
 25 „De foro competenti”¹⁶⁸; licet et per Hostiensem in summo „De parochiis”, capitulo „Quis intelligitur”, versu „Quid de scholaribus”¹⁶⁹. Credo tamen contrarium istius cum aliis, quoniam ipsum ordinare non potest; // „De temporibus ordinandorum”, „Cum nullus”, Liber VI¹⁷⁰ facit „De parochiis”, „Nullus”¹⁷¹. Nec obstat, quod dicitur de poenitentia, quia ista est summe necessaria; XXII, dist. „Verum” (?)¹⁷² in fine; „De sententia excommunicationis”, „Alma mater”, Liber VI¹⁷³; et sine ipsa transferre non potest per notata(?)

1 respondendo | ratio M quod | quia M 5-6 diligentia | diligenda M 6-7 ad disiunctivam | disiunctiva W 7 esse om. W 14 pono | poenae M quod om. M 15 iste om. M 17 indulgentiam | indulgentias M 20 in om. M 21 noster | adicietis (?) etc. add. M, W.

¹⁶⁴ Regula 70, V, 12: „In alternativis debitoris est electio, et sufficit alterum adimpleri”.

¹⁶⁵ c. 13, X, V, 7.

¹⁶⁶ c. 1, V, 9, in Clem.

¹⁶⁷ Por. pryp. 1.

¹⁶⁸ Patrz pryp. 127.

¹⁶⁹ Hostiensis, jw. lib. III „De parochiis et alienis parochianis” cap „Quis intelligatur parochianus” vers. „Quid de scholaribus”.

¹⁷⁰ c. 3, I, 9, in VI.

¹⁷¹ c. 3, X, III, 29.

¹⁷² Non inv.

¹⁷³ c. 24, V, 11, in VI.

de excusationibus; ex parte indulgentiae vero non tantum est necessaria, immo est restringenda; infra eodem „Quum ex eo”, in fine¹⁷⁴. Ad hoc facit, quod notat Hostiensis in dicto capitulo „Quis tenetur”, in fine¹⁷⁵. Ad quod notatur infra eodem „Omnis”, per Doctorem¹⁷⁶ in fine.

- 5 Item quaeritur: Quae requiruntur ad hoc, quod indulgentiae prosint? Innocentius hoc, in isto capitulo¹⁷⁷, dicit, quod sex requiruntur: Primum est potestas ligandi et solvendi, quod est tantum apud praelatum, non apud alium; facit supra: „De excessibus praelatorum”, „Accidentibus”¹⁷⁸. Secundum est necessitas loci et poenitentis, propter quam necessitatem concedunt ut quia non potest ieiunare vel aliam poenitentiam facere. Tertium est devotio fidei, quod creditur tantum potestatem esse in ecclesia. Quartum est status poenitentis, scilicet quod sit contritus. Quintum est, quod sit discretio huius ecclesiae, scilicet quod tantum debet dare vel facere pro quanto vellet poenam sustinere.
- 10 Sextum est iusta aestimatio eiusdem ut secundum quod ei dimittit – recompenset. Ac locus indigeat necesse status poenitentis; et tantum tribuat quantum debebat solvere.

Dico tamen, quod quattuor sunt necessaria ad hoc, quod valeant indulgentiae.

- 20 Nam primo requiruntur duo ex parte dantis: Primum est, quod habeat potestatem absolvendi et ligandi; Secundo requiritur utilitas ecclesiastica, scilicet, quod opus ex quo datur indulgentia, sit pium et utile et ordinabile ad honorem Dei et ad exaltationem fidei catholicae. Et duo ex parte suscipientis, scilicet quod sit contritus, nam secundum Philosophum, Secundo De anima¹⁷⁹, actus activorum sunt in patiente praedispositione bene, et hoc est, quod dicitur in libris indulgentiarum: „Omnibus vere poenitentibus, confessis (?) et contritis”; infra eodem „Quum ex eo”¹⁸⁰. Secundum est devotio fidei, scilicet quod creditur apud ecclesiam esse hanc potestatem.

- 30 Item quaeritur: Numquid oportet, quod tale pium opus, quod fecit tale acquirens indulgentias, extendit se tantum quantum sibi porrigatur de thesauro?

240va Ad hoc respondeo, quod non, quia hic non extendit quantitas // operis, sed potius genus, scilicet quod sit pium opus non quod tantum vel plus quod

1 indulgentiae | indulgentia W 15-16 iusta – recompenset | iustitiae exterminatio scilicet secundum quod ei committit reus pense reo ecclesiae posse (?) credit (?) hoc devotio (?) dandi M iustitia extimatio scilicet secundum quod ei committit reus pensat reo ecclesiae posse (?) credit (?) hoc devotio (?) dandi W 18 tamen om. M 23 ex parte | per se W 25 patiente praedispositione | patienti praedispositio M et hoc om. M 26 omnibus | quibus M.

6-16 tamže 18-26 Wilhelmus de Montelauduno, jw. f. 270vb 29-33 por. tamže f. 271rb.

¹⁷⁴ Patrz przyp. 35.

¹⁷⁵ Non inv.

¹⁷⁶ Non inv.

¹⁷⁷ Patrz przyp. 96.

¹⁷⁸ c. 12, X, V, 31.

¹⁷⁹ Aristoteles. *De anima* II 414a.

¹⁸⁰ Patrz przyp. 35.

- denotat hoc verbum „indulgere” vel „remittere”, quod enim gratis datur, remittitur vel indulgetur; et ideo ex parte peccato non attenditur quantitas, sed requiritur aequivalentia; sed solum ut sit in gratia et quod dignus sit dono Dei. Sed ex parte ipsius tribuentis bene requiritur aequivalentia, scilicet quod tantum de thesauro divino (?) detur in quantum poena peccatoris se extendebat et in hoc bene sit quaedam redemptio secundum mutationem quantitatis poenae ad quantitatem thesauri. Et ideo dicta dispensatio thesauri potest dici liberalis remissio ex parte peccatoris cui fit gratia. Item potest dici redemptio et commutatio (?) ex parte Dei de cuius thesauro quantitatis pro poenis istis
- 10 datur, ne iustitia frangatur. Et hoc est, quod dicit psalmus: „Apud Dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio”¹⁸¹ in quantum fit aequalis et certa commutatio; secundum Wilhelmum in „Sacramentali”, cap. „De indulgentiis”, „Cum numquid”¹⁸². Ex quibus sequitur, quod tantum habebit indulgentias pauper, dans modicum, sicut qui portat magnum lapidem, vel dat multum; dummodo sint hinc inde bonae voluntatis et devotionis convenientes. Ex quo ex parte ipsius operis operati certa non provenit laboris mensuratio nam forma indulgentiarum dicit in genere. Quicumque porriget eleemosynam ecclesiae non tantum vel quantum vel quicumque portat lapidem ad destructionem pontis vel ecclesiae, non dicit magnum vel parvum, quia in talibus Spiritus Sanctus non datur ad mensuram; „De consecratione”, dist. „Qui mediocriter”¹⁸³; nec de hoc multum est curandum; secundum Innocentem hic¹⁸⁴, sed credendum est, quod Dominus, cuius natura pia et liberalis, super adiciet ultra condignum; „De poenitentia”, dist. I „Quia divinitatis”¹⁸⁵, secundum Innocentem¹⁸⁶; licet aliqui dicunt contrarium, scilicet quod qui plus dat plus
- 25 habebit de indulgentiis; per Hostiensem in „Summa”, eodem titulo, cap. „Ad quid valent”¹⁸⁷.

Item quaeritur: Ad quid valent indulgentiae et in quantum?

- Glossa magna in capitulo praesenti, scilicet „Quod autem”¹⁸⁸, recitat quinque opiniones: Prima dicit, quod valent quo ad Deum, sed non quo ad ecclesiam;
- 30 et ista est contra clavium potestatem, scilicet: „Quodcumque ligaveris super
240vb terram etc.”¹⁸⁹; et ideo non valet. // Alia opinio dicit, quod valent etiam quo ad ecclesiam, si peccatum per contritionem et satisfactionem sufficienter est punitum (?); dicendum <est> extra glossam, quod haec opinio viliscat thesau-

1-2 remittitur – attenditur om. M 4 quod om. M 7 dicta om. M 13 tantum | quod tentum add. W 27 et om. M in om. W.

1-20 por. tamže.

¹⁸¹ Ps 129, 7.

¹⁸² Wilhelmus de Montelauduno, jw. f. 271rb.

¹⁸³ Non inv.

¹⁸⁴ Patrz przyp. 96.

¹⁸⁵ c. 73, D. 1, de poen.

¹⁸⁶ Patrz przyp. 96.

¹⁸⁷ Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus” cap. „Ad quid valent” f. 43v.

¹⁸⁸ Non inv.

¹⁸⁹ Mt 16, 19.

rum ecclesiae et potestatem clavium, quia si est sufficienter punitum quid tunc facerent indulgentiae; nam solummodo ex superabundanti darentur. Tertia opinio dicit, quod valent sicut conceduntur. Quarta, quod valent in remissionem poenitentiae negligenter obmissae. Quinta opinio est, quod valent, si confessor indulerit ut possit redimere poenitentiam indulgentiis.

- 5 Tertiam opinionem tenet Johannes Andreae¹⁹⁰ et communiter conceditur ab omnibus; et ideo, quia non refert qualitercumque satisfiat ecclesiae, absolutus est enim quem ecclesia absolvit; XXIV, q. 1 „Quodcumque”¹⁹¹. Quarta opinio non valet, quia sic negligens iste ex sua negligentia commodum reportaret et diligentia non prodesset diligenti. Et ideo dicendum: Si negligenter poenitentia obmittatur non est poenitens nec confessus, qui requirit(?) indulgentiam(?); supra eodem titulo „Quum ex eo”¹⁹². Quinta etiam non valet. Dico ergo cum tertia opinione, quod valent in tantum, in quantum sonant et in quantum concessae sunt. Nam si papa dat plenissimam indulgentiam, acquisivit, quod remittitur ei omnis satisfactio temporalis sic, quod etiam non sentiat purgatorium. Item si aliquando papa vel episcopus dat unum annum vel XL dies, valent ei in tantum ac si egisset unum annum vel XL dies de poenitentia sibi iniuncta a sacerdote. Probatur hoc infra eodem titulo „Quum ex eo”, versu „cum iniunctis poenitentiis”¹⁹³. De quo per Hostiensem in „Summa”, eodem titulo est „Ad aliquid valent”¹⁹⁴ et per Johannem Andreae in „Novella”, hic¹⁹⁵.
- 10
15
20
.

Sed tunc circa hoc quaeritur: Numquid si episcopus dat unum annum indulgentiarum an talis annus sit continuus, ita quod indifferenter tam dies poenitentiales quam alii; vel saltem utilis, scilicet quod tantum dies poenitentiales computantur?

- 25 Item quod dies dominicae non computantur. Dicunt quidam, quod talis annus sit continuus et secundum eos est sensus: „Remitto tibi annum unum et tantum minus punieris in purgatorio quantum esset si uno anno peregrisses poenitentiam in hac vita”. Et dictum istorum consonat aequitati secundum Innocentem hic¹⁹⁶. Dico, quod remittitur annus utilis, non continuus, ut scilicet tantum dies poenitentiales et haec de iniuncta (?) poenitentia, quibus poenitere
- 30

4 obmissae | obmissae M 5 indulerit | indulsit W 9 commodum reportaret | quod deportaret

M 11 poenitens | neque add. M 13 in quantum | in om. M sonant | sonent W 14 concessae | concessi W 15 sentiat | sentiant W 17 dies | diebus M 22 tunc | nunc M 22-23 numquid – indulgentiarum om. M 26 dominicae | divinae W 27-28 tantum | tanto M 28 minus | unus W 30 dico | cum secundum Innocentem add. W 31 et | etiam M.

¹⁹⁰ Johannes Andreae, jw. super V decr. „De poenitentiis et remissionibus” cap. „Quod autem”.

¹⁹¹ c. 6, C. XXIV, qu. 1.

¹⁹² Patrz pryp. 35.

¹⁹³ Patrz pryp. 35.

¹⁹⁴ Patrz pryp. 187.

¹⁹⁵ Johannes Andreae, jw. super V decr. „De poenitentiis et remissionibus” cap. „Cum ex eo”.

¹⁹⁶ Patrz pryp. 96 i 195.

- 241ra deberet; secundum Hostiensem // in capitulo „Quum ex eo”, supra eodem titulo, super verbo „quattuor dies”¹⁹⁷. Et Wilhelmus in suo „Sacramentali”¹⁹⁸, quod autem tempus dicitur utile, quod continuum vocatur; in glossa penultima „De restitutione in integrum”, cap. unico in „Clementinis”¹⁹⁹ et
- 5 ideo hic dimittam. Item quaero circa hoc et pono casum: Alicui est iniuncta poenitentia XL dierum, et iste facit aliquod opus per quod sibi acquirit indulgentiam XL dierum vel etiam maiorem; Numquid istam poenitentiam XL dierum aequae bene adimplere tenetur?
- Respondet Hostiensis, quod non tenetur de necessitate ipsam adimpleri; infra
- 10 eodem titulo „Ecclesiae”²⁰⁰ dicit: „Quia non refert qualitercumque satisfaciatur ecclesiae, absolutus est; est enim quem absolvit ecclesia”; XXXIII, q. 2 „Hoc ipsum”²⁰¹. Et sic admonere, nam sicut peccator propter peccatum septiformem gratiam Sancti Spiritus amittit, sic etiam septimanam (?) poenitentiam recuperat. Item ubi credit se semel peccasse forte decies peccavit. Et illud,
- 15 quod non est purgatum in hac vita, purgari debet in purgatorio. Fatuus enim est et simplex, qui huiusmodi indulgentias non reservat, cum si ipsas poena unius diei in centuplo gravior sit quam hic poena in hac vita, ut notat Hostiensis „De poenitentia”, dist. „Quis sit effectus”²⁰², de quo plene per eundem Hostiensem in „Summa de remissionibus” et dist. „Quod igitur”²⁰³. Item
- 20 merito debet iam indulgentiam ad purgatorium servare, quia non debet se aestimare absolutum quamvis per remedia ecclesiae peccatum sit sibi dimissum cum dicit Job: „Etiam, si innocens fuero, hoc ipsum ignorat anima mea”, Job IX capitulo²⁰⁴; supra: De purgatorio, circa finem, et se non debet praesumere esse immunem sed et debet adimplere poenitentiam sibi iniunctam; de quo
- 25 plene per Johannem Andreae hic²⁰⁵.
- Item quaero ex alio: An quotiens quis facit id, pro quo datur indulgentia, totiens habet ipsam?
- Speculator²⁰⁶ eodem titulo, et Hostiensis in „Summa de remissionibus”, cap. „Quis possit”²⁰⁷ et Wilhelmus in „Sacramentali”²⁰⁸, dicit, quod sic. Sed posset distingui: An indulgentia determinata est ad tempus, ut cum dicitur: „Quicumque vadit ad talem ecclesiam usque ad tempus, habebit tantam indulgentiam”

2 verbo] numero M quattuor] quarto M 5 quaero] quaeritur M 6-7 indulgentiam] indulgentiarum W poenitentiam M 11 absolvit] absolvitur M 31 vadit] vident W.

14-18 por. Hostiensis, jw. cap. „Quis sit” f. 94v.

¹⁹⁷ Patrz przyp. 35.

¹⁹⁸ Wilhelmus de Montelauduno, jw. f. 270va.

¹⁹⁹ c. un., II, 11, in Clem.

²⁰⁰ Por. Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus” cap. „Ad quid valent” f. 42r; Johannes Andreae, jw. super V decr. „De poenitentiis et remissionibus” cap. „Quod autem”.

²⁰¹ c. 11, C. XXXIII, qu. 2.

²⁰² Hostiensis, jw. lib. „De poenitentiis et remissionibus” cap. „Quis sit effectus verae poenitentiae” f. 94v.

²⁰³ Tamże lib. V „De remissionibus” cap. „Ad quid valent” f. 43r-v.

²⁰⁴ Job 9, 21.

²⁰⁵ Por. przyp. 190.

²⁰⁶ Non inv.

²⁰⁷ Hostiensis, jw. lib. V „De remissionibus” cap. „Quis possit facere” f. 40r.

²⁰⁸ Wilhelmus de Montelauduno, jw. f. 270ra.

241rb tiam; et tunc intelligitur semel; Aut non est determinata et datur plenior indulgentia, et tunc quotiens vadit totiens indulgentias // consequitur; quia qua ratione habebit pro primo eadem ratione pro secundo ne sit contra concilium generale; infra eodem titulo „Quum ex eo”²⁰⁹, de quo per Thomam, 5 „Confessionum”²¹⁰. Et sic expediti sumus de indulgentiis generalibus et publicis, quae tantum fiunt per episcopos confitentium et superiores.

<De indulgentiis privatis>

Nunc restat videre de indulgentiis privatis, quae fiunt in foro animae, a quolibet sacerdote curam animarum habente, et tales non sunt restrictae per capitulum 10 „Quum ex eo”²¹¹ scilicet eodem titulo; et notat Innocentius²¹².

Sed quaero: Numquid sacerdos potest dimittere suo parochiano in secreta confessione omnem poenitentiam et satisfactionem?

Dicit Johannes „De poenitentia”, dist. prima „Mensuram”²¹³, quod si sacerdos sit sciens et credatur discretus, per confitentem talem hoc disponendo 15 faciet et confitens sit paratus recipere maiorem poenitentiam, si sibi imponatur; eadem dist. „Quem poenitet”²¹⁴; item contritibus minor poenitentia sufficit ad delendum peccatum; non autem si credebatur indiscretus. Et dicit Hostiensis, in „Summa de remissionibus”, „Ad quid valent”²¹⁵, quod si simplex sacerdos poenitentiam limitet, dicens: Ab omnibus hiis et aliis peccatis, 20 de quibus non recordaris, absolvo te et iniungo pro poenitentia, quod vadas ultra mare, enim aliam satisfactionem remittens iste completur, non est credendum, quod in purgatorio amplius affligatur, licet presbyter aliquando poneret se sit (?) indiscrete ad absolvendum. Et ideo dicit Hostiensis, quod potius debet aliam formam absolvendi servare quam ipse notavit sub rubrica „De poenitentiis”, „Et etiam si poenitentia”²¹⁶. Ad hoc dicitur, quod debet ei competentiore (?) poenitentiam imponere si videat, quod eam portare possit, alias iniungere ei unum Pater noster. Et iniungat ei, quod omnia bona, quae fecit, 25 sint (?) sibi in remissionem omnium peccatorum et ostendit, quod hoc, quod facit hic, minus complebit in purgatorio; XXV, dist. „Qui in aliud”²¹⁷. Sed 30 hoc quod dictum est multa patitur contraria: Primo, quod episcopus remissionem dare non potest; infra capitulum „Quum ex eo”²¹⁸; ergo // nec presbyter. Solutio: Verum est sollemne et in publico, de qua superius dixi, secus in foro poenitentiali.

Secundo: Est contra distinctionem primam „De poenitentia”, „Quem poenitet”²¹⁹ ubi dicitur, quod Deus non ligat vel solvit eos de quibus putamus, sed 35

2 quotiens | totiens W consequitur | consequetur W 4 infra | scilicet M 10 Innocentius | qua (?) est (?) add. M qua (?) est (?) animis (?) add. W 11 parochiano | parrochiano M 14 confitentem | fitentem M 16 contritibus | concurrentibus M 18 quid | aliquid W valent om. M si | sit M 21 completur | comperet M 22 poneret | honeret Hostiensis op. cit. 25 etiam | an W 29 in aliud | etiam aliud M 35 Deus | Dominus M.

²⁰⁹ Patrz pryp. 35.

²¹⁰ Thomas Aquinas, jw. qu. 25 art. 2, 4.

²¹¹ Patrz pryp. 35.

²¹² Innocentius, jw. lib. V „De poenitentiis et remissionibus” cap. „Cum ex eo”.

²¹³ c. 86, D. I, de poen.

²¹⁴ c. 5, D. 25.

²¹⁵ c. 88, D. I, de poen.

²¹⁶ Patrz pryp. 35.

²¹⁷ Patrz pryp. 187.

²¹⁸ Patrz pryp. 213.

²¹⁹ Non inv.

istos in quibus exercemus opus misericordiae et iustitiae. Solutio: Ibi loquitur de illis, qui errant in iure vel in facto, quia aliquod peccatum grave reputans leve in facto, quia non credunt alios peccatores qui tamen sunt, tunc enim non sufficit modica poenitentia iniuncta.

- 5 Tertio: Contra „De poenitentia”, dist. V²²⁰: „Fratres nostros episcopos et presbyteros admonemus ne illis poenitentiis animas laicorum decipiant”. Solutio: Ibi loquitur de illis, qui agunt poenitentiam de uno peccato et non de alio, et infra eodem „Quod quidam”²²¹.

- 10 Quarto: Contra „De poenitentia”, dist. „Falsas”²²², ubi dicitur: „Falsas poenitentias dicimus, quae non secundum auctoritatem sanctorum patrum, sed qualitatem terminum imponuntur”. Solutio: Intelligitur de illis, qui non restituunt aliena et non remittunt ex corde rancorem; secundum Innocentem, infra capitulum „Omnis”²²³.

- Ex istis dictis apparet, quod Hostiensis²²⁴ vult, quod si presbyter minus modicam poenitentiam imponit vel indiscrete omnem satisfactionem remittit, quod non tenetur confitens illam in purgatorio implere, licet sacerdos sic poenitentiam indiscrete imponens se exhonoret, sed credo hoc non esse verum nam ex negligentia sive imprudentia sacerdotis non debet quis commodum reportare; facit „De praebendis”, „Ei qui”, Lib. VI²²⁵. Et ideo dicam post
20 sanctum Thomam, Quarto Sententiarum, dist. XXX²²⁶, quod dicit: „Minister bonus vel malus nihil diversificat in efficacia sacramentorum”. Unde sive sacerdos habeat se discrete in monitione poenitentiarum sive non, nihil diversificat quantum ad efficaciam absolutionis, confessionis et contritionis. Et ideo sive discrete sive indiscrete poenitentiam iniungat, semper manet reatus ad poenam
25 eiusdem quantitatis. Et ideo si hoc totum non implet, ab eo in purgatorio exigitur. Non sequitur, quod propter hoc confessor poenitet cum minore poenitentiam quam condignam imponit, tamen quia non potest determinate quantitatem poenae scire quamvis aliquid proprie consideratis regulis peccatum determinare possit, tamen quia quandoque ex industria minorem // poenitentiam
241vb 30 imponens, plus prodest poenitenti quam noceat, quia forte magnitudine poenae a poenitentia peragenda possit impediri propter debilitationem virtutis; secundum Wilhelmum in „Sacramentali”, cap. finali²²⁷.

Et sic est finis repetitionis magistri Stanislai doctoris decretorum, finitis anno Domini 1415^o, in vigilia Vitalis martyris gloriosi etc.

11 restituunt] resatuunt M 16 implere] adimplere M 17 exhonoret] exhiberet M 20 Minister] ministri W 21 sacramentorum] sanctorum M 22 monitione] munitione M 23 absolutionis] et add. W 24 manet] maneat W 26 non] ne W 27 tamen] dum W 28 proprie] quod populi M populi W consideratis] considerat M, W 29 tamen dum W 31 possit] posset W 33-34 finitis – gloriosi etc.] Deo gratias et omnibus sanctis W.

20-32 por. Wilhelmus de Montelauduno, jw. f. 272ra.

²²⁰ c. 8, D. 5, de poen.

²²¹ c. 5, X, V, 38.

²²² c. 6, D. 5, de poen.

²²³ Innocentius IV, jw. lib. V „De poenitentiis et remissionibus” cap. „Omnis”.

²²⁴ Patrz przyp. 187.

²²⁵ c. 29, III, 4, in VI.

²²⁶ Por. Thomas de Aquino. *Tertia pars Summae Theologiae*. W: *Opera omnia*. Romae 1906 qu. 64 art. 2; art. 5.

²²⁷ Wilhelmus de Montelauduno, jw. f. 272ra.

1. Quid sit indulgentia?
2. An papa vel alius praelatus, ut episcopus, sive dispensatione seu donatione thesauri ecclesiae, ex potestate absoluta clavium, poterit relaxare poenas peccatorum?
3. Unde dicitur indulgentia?
4. Quot sunt species indulgentiae?
5. Unde provenit vel provenerunt indulgentiae?
6. Qui possunt facere indulgentias?
7. An electus confirmatus indulgentias dare potest?
8. Numquid praelatus malus potest dare indulgentiam?
9. Quaeritur quid sit dictum „a poena” et „a culpa”?
10. Unde data est haec potestas papae et episcopis dandi indulgentias?
11. Quibus prosint indulgentiae?
12. Numquid episcopus potest dare licentiam suo subdito, qui alienas indulgentias lucrari potest?
13. Numquid indulgentiae prosunt episcopis concedentibus eas?
14. Numquid possint religiosi sibi acquirere indulgentias?
15. Numquid valent indulgentiae propinquis loco ubi sunt indulgentiae, sicut remotis sive de remotis partibus venientibus?
16. Potest ne aliquis scire quantum correspondeat de poena uni anno indulgentiae?
17. Numquid iste, qui tantum faceret opus pro quo datur indulgentia, sed non habet de quo porrigere ad vitrices(?) merebitur ne talis indulgentiae?
18. Numquid contritus et non confessus, quia non offert se opportunitas confessionis, proponens tamen confiteri, quam cito facultas confessoris, loci et temporis se obtulerit, meretur dictas indulgentias?
19. Quaero de cruce signatis, qui moriuntur ante iter acceptum — Numquid indulgentias habent?
20. Numquid scholaris advena habebit indulgentias archiepiscopi pragense?
21. Quae requiruntur ad hoc, quod indulgentiae prosint?
22. Dico tamen, quod quattuor sunt necessaria ad hoc, quod valeant indulgentiae.
23. Numquid oportet, quod tale pium opus, quod fecit tale acquirens indulgentias, extendit se tantum, quantum sibi porrigatur de thesauro?
24. Ad quid valent indulgentiae et in quantum?
25. Numquid si episcopus dat unum annum indulgentiarum, an talis annus sit continuus, ita quod indifferenter tam dies poenitentiales quam alii; vel saltem utilis, scilicet quod tantum dies poenitentiales computantur?
26. An quotiens quis facit id, pro quo datur indulgentia, totiens habet ipsam?
27. Numquid sacerdos potest dimittere suo parochiano in secreta confessione omnem poenitentiam et satisfactionem?

Źródła rękopiśmienne:

- Wrocław, Biblioteka Uniwersytecka I F 285.
München, Bayerische Staatsbibliothek München Clm 14243.
Kraków, Biblioteka Jagiellońska 191 f. 55vb-64rb.
München, Bayerische Staatsbibliothek München Clm 3876 (Wilhelmus de Montelauduno. Sacramentalis).

Źródła drukowane:

- Hostiensis [Henricus de Segusio]: Summa in quinque libros Decretalium. Augsburg 1477 (patrz: Hain 8961). Korzystano z egzemplarza: Bayerische Staatsbibliothek München 2° Inc. c. a. 626a.
Innocentius IV: Apparatus super V lib. Decretalium. Argentinae 1478 (patrz: Hain 9191). Korzystano z egzemplarza: Bayerische Staatsbibliothek München Inc. c. a. 744.
Bernardus Parmensis: Casus longi Bernardi super decretales. Argentinae 1488 (patrz: Hain 2936). Korzystano z egzemplarza: Bayerische Staatsbibliothek München Inc. 2° c. a. 2819.
Johannes Andreae: Novellae super V libros Decretalium. Venetiis 1489 (patrz: Hain 1065). Korzystano z egzemplarza: München 2° Inc. c. a. 2193a.
Aristoteles latine interpretibus variis. Berolini 1831.
Corpus iuris canonici. Ed. Ae. Friedeberg. Vol. 1-2. Lipsiae 1879-1881.
Thomas Aquinas: Supplementum tertiae partis summae theologiae. W: Opera omnia. Romae 1906.
Urbanus VI: Salvator noster (z 13 IV 1389). W: F. Cavallera. Thesaurus doctrinae catholicae. Paris 1920 s. 639.

Opracowania:

- Miaskowski C.: Beiträge zur krakauer Theologengeschichte des XV. Jahrhunderts. Aus Breslauer Handschriften. „Jahrbuch für Philosophie und spekulative Theologie” 13:1899 s. 479-499.
Morawski K.: Historia Uniwersytetu Jagiellońskiego. T. 1. Kraków 1900 s. 84.
Kozłowska-Budkova Z.: Sermones sapientiales Stanisława ze Skalmierza. „Sprawozdania PAU” 53:1952 nr 6.
Ehrlich L.: Paweł Włodkowic i Stanisław ze Skarbimierza. Warszawa 1954.
Tenże: Polski wykład prawa wojny XV w. Kazanie Stanisława ze Skarbimierza De bellis iustis. Warszawa 1955.
Schulte J.F. v.: Die Geschichte der Quellen und Literatur des canonischen Rechts. Bd. 1. Graz 1956 s. 197.
Bączkiewicz F.: Prawo kanoniczne. T. 1. Opole 1957 s. 75; T. 2. Opole 1958 s. 52-59.
Rechowicz M.: Św. Jan Kanty i Benedykt Hesse w świetle krakowskiej kompilacji teologicznej z XV w. Lublin 1958 s. 150, 156, 162, 167, 211, 228.
Zawodzińska C.: Pisma Stanisława ze Skarbimierza, pierwszego rektora UJ, w kodeksach Biblioteki Jagiellońskiej. „Roczniki Biblioteczne” 4:1960 z. 3-4 s. 299-327.
Kozłowska-Budkova Z.: Stanisława ze Skalmierza mowa o złych studentach. „Biuletyn Biblioteki Jagiellońskiej” 16:1964 z. 1-2 s. 11-21.
Markowski M.: Poglądy filozoficzne Andrzeja z Kokorzyna. „Studia Mediewistyczne” 6:1964 s. 66 n.
Zathey J.: Historia Biblioteki Jagiellońskiej. T. 1. Cz. 1. Kraków 1966 s. 63-65.
Tenże: Stanisław ze Skarbimierza. W: Nowy Korbut. T. 3. Warszawa 1965 s. 234-236.
Hain L.: Repertorium bibliographicum. Milano 1966.
Polonica w średniowiecznych rękopisach bibliotek monachijskich. Opr. J. Wolny, M. Markowski, Z. Kukiewicz. Wrocław 1969 s. 98.
Kowalczyk M.: Krakowskie mowy uniwersyteckie z 1. poł. XV w. Wrocław 1970.
Rebeta J.: Komentarz Pawła z Worczyna do Etyki Nikomachejskiej. Wrocław 1970.
Trzebuchowski P.: Stanisław ze Skarbimierza. W: Filozofia w Polsce. Słownik pisarzy. Wrocław 1971 s. 364 n.
Petroni A.: Kanonistyka. W: Dzieje teologii katolickiej w Polsce. T. 1. Lublin 1974 s. 369 n., 374.
Rechowicz M.: Początki i rozwój kultury scholastycznej (do końca XIV w.). Tamże s. 129-131, 133, 136 n., 139, 145.
Schenk W.: Z dziejów liturgii. Tamże s. 257, 259, 262, 270.
Wolny J.: Z dziejów katechezy. Tamże s. 198.
Tenże: Kaznodziejstwo. Tamże s. 280, 284, 286, 291, 293, 297.

**L'ÉDITION CRITIQUE DU TRAITE „DE INDULGENTIIS”
DE STANISLAS DE SKARBIMIERZ**

Résumé

Stanislas de Skarbimierz (mort en 1431), éminent juriste, prédicateur, professeur, de l'Université Cracovienne, consacre son traité aux considérations touchant le problème des indulgences qu'il examine du point de vue du droit canon. *De indulgentiis* fut probablement écrit à Prague dans les années 1396-1400. L'édition critique de ce traité a été effectuée à partir de deux manuscrits, seuls disponibles aux chercheurs:

1. M = München, Bayerische Staatsbibliothek Clm 14243, f. 235vb-241va;
2. W = Wrocław, Bibliothèque de l'Université I F 285, f. 236r-241v.

Une analyse approfondie de deux textes autorise à formuler les conclusions suivantes:

1. Le manuscrit W fut écrit vers 1400 à Prague.
2. Le manuscrit M date des années 1415-1424.
3. Le manuscrit M n'est pas une copie du manuscrit W.
4. Etant donné que le manuscrit W présente moins d'erreurs et d'omissions, il semble être plus proche de l'archétype que le manuscrit M.
5. Le manuscrit W n'étant pas exempt d'erreurs lui-aussi, l'on s'est servi du texte M là où il proposait une version plus correcte que le manuscrit W.
6. Pour corriger certaines erreurs que les deux manuscrits n'ont pas su éviter, l'on a eu quelquefois recours aux sources citées par Stanislas de Skarbimierz.

L'édition emprunte deux méthodes: philologique et historique. La première fait voir les différences principales qui existent entre les textes des manuscrits analysés. la deuxième apporte environ 250 citations, toutes vérifiées.